choemus, in futura verò vita cum S. Angelis & cunctis fidelibus perficiamus; ubi non anniverſarijs ritibus Deum culturi, ſed continuis Sabbathiſmis celebraturi & de hoſtibus noſtris triumphaturi ſumus. Jeſ. 66, 23. & 24.

Exaudi nos Pater miſerationum omnium, per & propter Filium tuum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, amen!

DOMINICA XLI.

Ex Quæſt. 104.

OMNES NOBIS A DOMINO præfecti reverenter habendi.

Textus Eph. 6, 1. &c.

Verſ. 1. Liberi obedite parentibus veſtris in Domino noſtro: id enim juſtum eſt.

verſ. 2. Et eſt mandatum primum quod promittit, honora patrem tuum & matrem tuam,

verſ. 3. Vt ſit tibi quod bonum eſt, & prolongent vitam tuam ſuper terram.

Quæst. 104. Quid nobis iniungit Deus in quinto præcepto?

Resp. *Ut parentibus atque adeo omnibus qui nobis præ-*